

Examen VWO

Latijn

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 | 96

Tijdvak 1
Maandag 13 mei
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

1 Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris
2 Italiam fato profugus Laviniaque venit
3 litora, multum ille et terris iactatus et alto
4 vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram,
5 multa quoque et bello passus, dum conderet urbem
6 inferretque deos Latio; genus unde Latinum
7 Albanique patres atque altae moenia Romae.
8 Musa, mihi causas memora, quo numine laeso
9 quidve dolens regina deum tot volvere casus
10 insignem pietate virum, tot adire labores
11 impulerit. tantaene animis caelestibus irae?
12 Urbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni)
13 Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe
14 ostia, dives opum studiisque asperrima belli,
15 quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
16 posthabita coluisse Samo. hic illius arma,
17 hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,
18 si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.
19 progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
20 audierat Tyrias olim quae verteret arces;
21 hinc populum late regem belloque superbum
22 venturum excidio Libyae; sic volvere Parcas.
23 id metuens veterisque memor Saturnia belli,
24 prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis -
25 necdum etiam causae irarum saevique dolores
26 exciderant animo; manet alta mente repostum
27 iudicium Paridis spretaeque iniuria formae
28 et genus invisum et rapti Ganymedis honores:
29 his accensa super iactatos aequore toto
30 Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli,
31 arcebat longe Latio, multosque per annos
32 errabant acti fati maria omnia circum.
33 tantae molis erat Romanam condere gentem.

Vergilius, Aeneis 1, 1-33



Tekst 2

1 Conticuere omnes intentique ora tenebant;
2 inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
3 Infandum, regina, iubes renovare dolorem,
4 Troianas ut opes et lamentabile regnum
5 eruerint Danaï, quaeque ipse miserrima vidi
6 et quorum pars magna fui. quis talia fando
7 Myrmidonum Dolopumve aut duri miles Ulixi
8 temperet a lacrimis? et iam nox umida caelo
9 praecipitat suadentque cadentia sidera somnos.
10 sed si tantus amor casus cognoscere nostros
11 et breviter Troiae supremum audire laborem,
12 quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,
13 incipiam. fracti bello fatisque repulsi
14 ductores Danaum tot iam labentibus annis
15 instar montis equum divina Palladis arte
16 aedificant, sectaque intexunt abiete costas;
17 votum pro reditu simulant; ea fama vagatur.
18 huc delecta virum sortiti corpora furtim
19 includunt caeco lateri penitusque cavernas
20 ingentes utrumque armato milite complent.
21 est in conspectu Tenedos, notissima fama
22 insula, dives opum Priami dum regna manebant,
23 nunc tantum sinus et statio male fida carinis:
24 huc se provecti deserto in litore condunt;
25 nos abiisse rati et vento petiisse Mycenae.
26 ergo omnis longo solvit se Teucra luctu;
27 panduntur portae, iuvat ire et Dorica castra
28 desertosque videre locos litusque relictum:
29 hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles;
30 classibus hic locus, hic acie certare solebant.
31 pars stupet innuptae donum exitiale Minervae
32 et molem mirantur equi; primusque Thymoetes
33 duci intra muros hortatur et arce locari,
34 sive dolo seu iam Troiae sic fata ferebant.
35 at Capys, et quorum melior sententia menti,
36 aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
37 praecipitare iubent subiectisque urere flammis,
38 aut terebrare cavae uteri et temptare latebras.
39 scinditur incertum studia in contraria vulgus.
40 Primus ibi ante omnes magna comitante caterva
41 Laocoon ardens summa decurrit ab arce,
42 et procul "o miseri, quae tanta insania, cives?
43 creditis avectos hostes? aut ulla putatis
44 dona carere dolis Danaum? sic notus Ulixes?
45 aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
46 aut haec in nostros fabricata est machina muros,
47 inspectura domos venturaque desuper urbi,
48 aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucra.
49 quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes."
50 sic fatus validis ingentem viribus hastam
51 in latus inque feri curvam compagibus alvum
52 contorsit. stetit illa tremens, uteroque recusso
53 insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
54 et, si fata deum, si mens non laeva fuisset,
55 impulerat ferro Argolicas foedare latebras,
56 Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.

Vergilius, Aeneis 2, 1-56

Tekst 3

81 Tu potes Aenean manibus subducere Graium
82 proque viro nebulam et ventos obtendere inanes,
83 et potes in totidem classem convertere nymphas:
84 nos aliquid Rutulos contra iuvisse nefandum est?
85 „Aeneas ignarus abest”: ignarus et absit.
86 est Paphus Idaliumque tibi, sunt alta Cythera:
87 quid gravidam bellis urbem et corda aspera temptas?
88 nosne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo
89 conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis
90 obiecit? quae causa fuit consurgere in arma
91 Europamque Asiamque et foedera solvere furto?
92 me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter,
93 aut ego tela dedi fovive Cupidine bella?
94 tum decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
95 haud iustis adsurgis et inrita iurgia iactas.
96 Talibus orabat Iuno, cunctique fremebant
97 caelicolae adsensu vario.

Vergilius, Aeneis 10, 81-97

Tekst 4

1 Ik wendde me tot Vergilius en sprak hem aan met deze woorden: O dichter, die mij leidt,
2 ga na of mijn krachten toereikend zijn om mij de grote stap te laten zetten. Gij zegt in uw
3 werk dat Silvius' vader (= Aeneas), toen hij nog sterfelijk was, het rijk der doden
4 bezocht en er lichamelijk vertoefde. Dat de tegenstander van alle kwaad hem met het oog
5 op het grote werk dat uit hem moest voortkomen gunstig gezind was, vindt geen denkend
6 mens onverdiend. Want hij was in de hoogste hemel uitverkoren als vader van het
7 zegenrijke Rome en zijn imperium, dat in feite gegrondvest was als een heilige zetel voor
8 de opvolgers van Petrus. Door deze reis, waarvoor gij hem roemt, heeft hij dingen
9 vernomen die later de oorzaak zouden zijn van zijn eigen overwinning en die van het
10 pausdom.

Dante, De Hel, Zang II
Vertaling F. van Dooren

Tekst 5

Van de Engelse dichter W.H. Auden is het onderstaande fragment. Daarin uit hij kritiek op de wijze waarop Vergilius in zijn Aeneis omgegaan is met de Romeinse geschiedenis.

No, Vergil, no:
Not even the first of the Romans can learn
His Roman history in future tense,
Not even to serve your political turn;
Hindsight as foresight makes no sense.

 ¹ Nee, Vergilius, nee:
 ² Zelfs niet de eerste der Romeinen
 ³ leert zó zijn Romeinse geschiedenis:
 ⁴ geschiedenis als toekomstvisioen,
 ⁵ zelfs niet om jou politiek een plezier te doen.
 ⁶ Voorspellen doe je aan het begin,
 ⁷ niet aan het eind, dat heeft geen zin.

 Uit *Secondary Epic*

Tekst 6

Aeneas vertelt aan Dido hoe hij met zijn metgezellen op Delos is aangekomen om in de tempel van Apollo het orakel te raadplegen. De onderstaande tekst begint met Aeneas' gebed tot Apollo.

85 „Da propriam, Thymbraee, domum, da moenia fessis
86 et genus et mansuram urbem; serva altera Troiae
87 Pergama, reliquias Danaum atque immitis Achilli.
88 Quem sequimur? Quove ire iubes, ubi ponere sedes?
89 Da, pater, augurium atque animis illabere nostris.”
90 Vix ea fatus eram: tremere omnia visa repente,
91 liminaque laurusque dei, totusque moveri
92 mons circum et mugire adytis cortina reclusis.
93 Summissi petimus terram, et vox fertur ad aures:
94 „Dardanidae duri, quae vos a stirpe parentum
95 prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto
96 accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
97 Hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris
98 et nati natorum et qui nascentur ab illis.”
99 Haec Phoebus, mixtoque ingens exorta tumultu
100 laetitia, et cuncti quae sint ea moenia quaerunt,
101 quo Phoebus vocet errantes iubeatque reverti.

Vergilius, Aeneis 3. 85-101

regel 85	da (tweemaal) <i>Vul aan nobis.</i>
	Thymbraeus god van Thymbra <i>Titel van Apollo.</i>
regel 86	genus nageslacht
regel 86-87	altera Troiae Pergama de tweede burcht van Troje <i>Object bij serva.</i> <i>Met „de tweede burcht van Troje” worden Aeneas en zijn metgezellen bedoeld.</i>
regel 88 en 101	quo waarheen?
regel 89	illabere daal neer in <i>Imperativus.</i>
regel 90	visa <i>Vul aan</i> sunt.
regel 92	circum aan alle kanten <i>Adverbium.</i>
	cortina drievoet <i>Daarop zat Apollo's priesteres tijdens het profeteren.</i>
	recludere openen
regel 93	summissus knielend
regel 94-96	quae t/m reduces <i>Construeer:</i> tellus quae vos a stirpe parentum prima tulit, eadem (tellus) vos ubere laeto accipiet reduces.
regel 94	a stirpe parentum vanaf de oorsprong van uw geslacht
regel 95	uber laetum vruchtbare bodem
regel 96	redux behouden teruggekeerd
	mater moeder(land)
regel 97	hic daar
regel 99	exorta <i>Vul aan</i> est.
	mixto tumultu onder grote opwinding

Einde